Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Historiae ecclesiasticae saeculi ... XVI supplementum

Fecht, Johann

Francofurti et Spirae, 1684

VD17 VD17 3:315948Z

CXLI.

urn:nbn:de:bsz:31-122751

Visual Library

Junius. Seyd Gottes gnaden treulich befohlen. Salutirt Herrn Carl Mebe, D. Sturmium, D. Flinnerum & Speccerum, und ewere liebe Haußehre. Datum Newburg/ 3. Martii, Anno 68.

Ob der Junge von Noſtitz auß Preuſſen noch zu Straßburg iſt/ wollet erforſchen laſſen/ und mich berichten.

E. W.

Wolff von Köteritz.

CXLI.

Salutem à Filio DEI JESU Chriſto Reverende vir & frater colende.

Multis de cauſis lætatus ſum, cum intelligerem, Domino Illyrico apud vos conceſſum eſſe hoſpitium & liberale munus à Senatu donatum. Hinc enim Senatus collegi pietatem, & Eccleſiæ veſtræ bonum ſtatum; de ſecutura benedictione non dubitavi, doctorum lenimentum hoc ſum gratulatus, & majorem ſperavi docentium conſenſum.

His ipſis de cauſis nunc mærore adficior, cum intelligam, Illyricum de hoſpitii diuturniore conceſſione periclitari apud vos. De tua interceſſione apud inclytum ſenatum nihil prorſus dubito. Quia vero putat Dominus Illyricus, Illuſtriſſimi noſtri Principis, Domini Wolffgangi, commendatitias literas, illi profuturas apud Senatum, velim te hujus rei cauſa, ad ipſius Celſitud. apud quam ſcio te in magna exiſtimatione & gratia eſſe, ſcribere. Audio Wittebergenſes Brentio & tibi minari, & vos de Eutychianiſmo accuſare. Eberus nuper Onolsbachii & Noribergæ fuit, ut lites concionatorum componeret. Majoris falſum dogma de neceſſitate bonorum operum ad ſalutem, pertinaciter tuentur. In lectionibus palam Profeſſ. Witteberg. argumenta Zwinglii ferunt & propugnant: ferunt & publica ſcripta nunc adornari, quibus tuos & Brentii libros impugnent. Sed hæc ex aliorum relatione habeo.

D. Wigandus Jenam eſt revocatus, & eo inclinat. Utinam & Illyricus revocaretur. Vereor, nè Condenſis Principis fortuna proſpera titillet quorundam animos ad adſtipulationem erroris. Novum enim non eſt, etiam dogmata ex eventibus judicare, licet hoc fiat perperam. Sed Chriſtus ſuam

tuebitur ſynceram & ſalutarem veritatem. Quæſo, ut juves Dominum Illyricum, quantum in te eſt. Neuburgi, 29. Aprilis, 1568.

Tuus ex animo

Tilemannus Heſhuſius.

CXLII.

Salutem à Filio DEI.

EHrwürdiger/ Hochgelehrter/ lieber Herr und Gefatter. Es gelanget mich mehr als von einem ort ſehr gläublich an/ wie dem D. Ilyrico bey euch das Hoſpitium ſoll auffgekündiget ſeyn/ welchs ich beyderſeits halben gantz ungerne vernommen. Dann es ein böß Zeichen iſt/ wann man verfolgten Chriſten die Herberge abſchafft/ ſo wird es den guten Mann ſehr betrüben/ ob er gleich aus Gottes wort weiß/ wie er ſolch Creutz tragen und überwinden ſol. Nun wolt ich gerne helffen/ daß ſolches geändert würde/ weiß aber nicht/ wie ihme zu thun. Dann was ihr ſamt ewren Mitbrüdern/ als præſentes, nicht könnet erhalten/ was kan dann per literas außgerichtet werden? Sonderlich weil man nicht weiß/ wer in Senatu der ſachen Chriſtlich zugethan. Ich warte aber ewers berichts mit verlangen. Unterdeß rathe ich/ ihr hättet neben D. Ilyrico, an meinen gnädigen Herrn Pfaltz Wolffen ꝛc. ſupplicirt umb interceſſion, daß zum wenigſten noch ein Jahres friſt bewilliget würde. Underdeß wäre zu hoffen/ daß er entweder in Preuſſen vocirt, weil der alte Hertzog verſtorben/ oder gen Jehna oder Baſel möchte underbracht werden/ und ſolchen beruff würde er als ein Chriſt anzunehmen wiſſen/ und vorlieb nemmen/ wo Jhne Gott hin ordnet/ ob er gleich ſonſt an andern orten lieber ſein wolte. Nam ſæpe, ut volumus, vivere non licet. Diß alles wollet D. Ilyrico von meinetwegen anzeigen/ neben erbietung meiner willigen dienſte.

D: Spangenbergius ſoll wieder zu Mansfeld ſein/ in guter ſicherheit. Unſere Schuel zu Lauhingen conficitur altercatione, alſo unruhig iſt Pfauſerus faſt gegen alle Profeſſores; ſed hæc in aurem veſtram ſcripta volo.

De pace Gallica diverſa ſcribuntur; quidam aſſerunt, omnia transacta eſſe ad voluntatem Condenſis; quidam ad formam Anno 62. confectam. Rumor eſt, Electores Palatinum & Saxoniæ & Landgrafium parare ſe ad militiam contra Albanum, pro reſtituendo Principe Uraniæ. Ejiciuntur pii & eruditi in plurimis locis. Solte Gott das ungeſtrafft laſſen? Bene valete. Und ſalutirt ewere Mitbrüder am Kirchendienſte/ und ewere tugendſame Haußehre. Datum Newburg/ den 28. Aprilis, Anno 68.

Wolff von Köteritz.

CXLIII.